qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**Communio** *(Ps. 85, 9-10)*

Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine, et glorificábunt nomen tuum: quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: tu es Deus solus, allelúia.

**Postcommunio**

Omnípotens aetérne Deus, qui creásti et redimísti nos, réspice propítius vota nostra: et sacrifícium salutáris hóstiae, quod in honórem nóminis Fíliis tui, Dómini nostri, Iesu Christi, maiestáti tui obtúlimus, plácido et benígno vultu suscípere dignéris; ut grátia tua nobis infúsa, sub glorióso nómine Iesu, aetérnae predestinatiónis título gaudeámus nómina nostra scrípta esse in coelis. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**Ant. alla Comunione**

Tutte le genti che Tu hai fatto, o Signore, vengono e Ti adorano e glorificano il tuo Nome: poiché grande Tu sei e fai meraviglie: Tu solo sei Dio, alleluia.

**Orazione**

Onnipotente eterno Iddio, che ci hai creati e redenti, guarda propizio i nostri voti: e degnati di ricevere benignamente il sacrificio della Vittima salutare che offriamo alla tua maestà in onore del Nome del tuo Figlio, Gesù Cristo, nostro Signore; affinché, per la tua grazia, in virtù del glorioso Nome di Gesù, godiamo di vedere i nostri nomi scritti in cielo in eterno. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**Suore Francescane dell'Immacolata**
*Monastero delle Murate* - Città di Castello (PG)

# Festum Sanctissimi Nominis Jesu

**Introitus** *(Phil. 2, 10-11)*

In nómine Iesu omne genu flectátur, coeléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris. *Ps. 8, 2. Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!* ℣. Glória Patri…

**Oratio**

Deus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Iesum vocári iussísti: concéde propítius; ut, cuius sanctum nomen venerámur in terris, eius quoque aspéctu perfruámur in coelis. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitá-

**Introito**

Nel Nome di Gesù ogni ginocchio si pieghi, in cielo, sulla terra e nell'inferno, e ogni lingua confessi che il Signore Gesù Cristo regna nella gloria di Dio Padre. *Sal. Signore, Signore nostro, quant'è ammirabile il Nome tuo su tutta la terra!* ℣. Gloria al Padre...

**Orazione**

O Dio, che l'Unigenito tuo Figlio hai costituito Salvatore del genere umano, e hai voluto chiamarlo Gesù, concedici propizio di volerci beare in cielo della vista di Colui di cui sulla terra veneriamo il santo Nome. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio: Che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito

te Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**Léctio Actuum Apostolórum, 4, 8-12**

In diébus illis: Petrus, replétus Spíritu Sancto, dixit: Príncipes pópuli et senióres, audíte: Si nos hódie diiudicámur in benefácto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis, et omni plebi Israël: quia in nómine Dómini nostri Iesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est a vobis aedificántibus: qui factus est in caput ánguli: et non est in álio áliquo salus. Nec enim áliud nomen est sub coelo datum homínibus, in quo opórteat nos salvos fíeri.

**Graduale** *(Ps. 105, 47)*

Salvos fac nos, Dómine, Deus noster, et cóngrega nos de natiónibus: ut confiteámur nómini sancto tuo, et gloriémur in glória tua. ℣. *Is. 63, 16* Tu, Dómine, pater noster, et redémptor noster: a saéculo nomen tuum.

Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**Lettura degli Atti degli Apostoli.**

In quei giorni: Pietro, pieno di Spirito Santo, disse loro: Capi del popolo e anziani, ascoltate: Giacché oggi siamo interrogati sul bene fatto ad un uomo ammalato, per sapere in qual modo sia stato risanato, sia noto a tutti voi e a tutto il popolo di Israele, che in virtù del Nome del Signore nostro Gesù Cristo Nazareno, che voi crocifiggeste e Iddio risuscitò dai morti, costui sta ora qui sano alla vostra presenza. Questa è la pietra rigettata da voi, costruttori, la quale è divenuta testata d'angolo. Né c'è salvezza in alcun altro. Poiché non vi è sotto il cielo altro nome dato agli uomini in virtù del quale possiamo salvarci.

**Graduale**

Salvaci, o Signore, Dio nostro, e raccoglici di mezzo alle nazioni: affinché celebriamo il tuo santo Nome e ci gloriamo della tua gloria. ℣. Tu, o Signore, Padre nostro e Redentore nostro: dall'eternità è il tuo Nome.

*Allelúia, allelúia.* Láudem Dómini loquétur os meum, et benedícat omnis caro nomen sanctum eius. *Allelúia.*

**Sequéntia S. Evangélii secundum Lucam, 2, 21**

In illo témpore: Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer: vocátum est nomen eius Iesus, quod vocátum est ab Ángelo priúsquam in útero conciperétur.

**Offertorium** *(Ps. 85, 12 et 5)*

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, et glorificábo nomen tuum in aetérnum: quóniam tu, Dómine, suávis et mitis es: et multae misericórdiae ómnibus invocántibus te, allelúia

**Secreta**

Benedíctio tua, clementíssime Deus, qua omnis viget creatúra, sanctíficet, quaésumus, hoc sacrifícium nostrum, quod ad glóriam nóminis Fílii tui, Dómini nostri Iesu Christi, offérimus tibi: ut maiestáti tuae placére possit ad láudem, et nobis profícere ad salútem. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum,

*Alleluia, alleluia.* La mia bocca annuncerà la lode del Signore: e ogni vivente benedirà il suo santo Nome. *Alleluia.*

**Sequenza del Santo Vangelo secondo Luca.**

In quel tempo: Passati gli otto giorni, il bambino doveva essere circonciso, e gli fu posto il nome Gesù: come era stato indicato dall'Angelo prima di essere concepito.

**Offertorio**

Confesserò Te, o Signore, Dio mio, con tutto il mio cuore, e glorificherò il tuo Nome in eterno: poiché Tu, o Signore, sei soave e mite: e misericordiosissimo verso quanti Ti invocano, alleluia.

**Orazione sulle offerte**

O clementissimo Iddio, la tua benedizione, che dà vita ad ogni creatura, santifichi, Te ne preghiamo, questo nostro sacrificio, che Ti offriamo a gloria del Nome del Figlio tuo e Signore nostro Gesù Cristo: affinché torni gradito e di lode alla tua maestà e profittevole alla nostra salvezza. Per lo stesso Signore nostro Gesù